



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Martiniano, Zosimo, Maroni, & Eustathio. 366.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

tamen contemnunt, ac sacrosancta mysteria contingere minimè verentur, totus se infinuat, istud nempe perfectæ stupiditatis & corruptionis argumentum esse non abs re existimans. Quod etiam in proditore quoque fecit. Non enim quemadmodum tu putas, eò in ipsum ingressus est, quòd Dominicum corpus cõtemneret, sed cùm ipsius improbitatem perspectam haberet, nempe quòd iam incurabili morbo teneretur, vt qui Dominum quidem prodere in animo haberet, nec tamen mysteria percipere recusaret, idcirco eum abduxit. Nam si eum erga diuinum mysterium religiosè ac reuerenter affectum, id deprecantem conspexisset, fortasse ipsum, tanquam adhuc sanæ ac sobriæ mentis hominem præteriiisset. Posteaquàm autem præ auaritia tanquam vertigine laborantem, nec iam amplius mentis compotem esse, verùm ab inexplebili temulentia in furorem actum vidit, atque adeò in eam audaciam elatum, vt ea, quæ ab eiusmodi homine attingi minimè oportebat, attingere minimè vereretur, tum verò ipsius stuporem agnoscens, totus in eum se iniecit.

Tauro Hyparcho. 365.

Tum denique recta iustitiæ regula seruatur (ò virtutis illius, quæ à præfecto requiritur verissimum examen) cùm accusationem disceptatio sequitur, disceptationem, probatio, probationem sententia, pro criminis qualitate supplicium constituens.

Martiniano, Zosimo, Maroni
& Eustathio. 366.

Desperatione obseptas aures, vt audio, habere videmini, atque, vt qui iam pridem vos ipsos supplicii deuoueritis, aduersus eos, qui optima consilia vobis porrigunt, iracundia incitari. Ego verò, vt ex hac infania emergatis, opto, non quòd, nisi emerferitis, detrimenti quicquam hinc subiturus sim (nisi tamen quispiam mœrorem, qui hinc ad me redit, commemoret: nam

καὶ μὴ γνώσκουσιν. ἢ γινώσκουσι μὲν, καταφρονῶσι δὲ, ἢ τῶν ἱερῶν μυστηρίων τολμῶσιν ἀψαδαί, ὅλος ὅπι καμάζι τεκμήριον τ' ἀναληθείας καὶ τῆς ἀφ' ὧν εἰκότως οἰόμενος. ὁ δὲ ἢ ὅπι τῆς παροδοῦς πεποιήκει. ἔ γάρ, ὡς ἠγῆ, τῆς δεσποτικῆς καταφρονῶσι σώματος εἰσῆλθεῖς εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ τ' ἰσχυρίας αὐτῆς καταγνῆς, ὅπι λοιπὸν ἀνείτα νοθεῖ. παροδοῦσιν μὲν ἀφροσύμους, μεταχρῆν δὲ μὴ παρατρέμους, ἀχέλο ἄγων εἰ γὰρ εἶδεν αὐτὸν εὐλαβῶς ἔχοντα πρὸς τὸ θεῖον μυστήριον, ἢ παρατησάμενον, ἴσως αἰ ὡς ἐπὶ ἠφροντὰ παρῶδουσιν. ἐπεὶ δ' εἶδεν αὐτὸν ὑπὸ τῆς φιλοχρηματίας καρπυρομίτια, καὶ μηκέτι τὸν ὀρθὸν ἔχοντα λογισμὸν, ἀλλ' ἐκβαλεθέντα ὑπὸ τ' ἀκουέσου μέθης. ἔ μὲν δὲ, ἀλλὰ ἢ πλεμίσαντα ἀψαδαί, ὡν ἀψαδαί ποιῶντων ὄντα οὐκ ἐχέτω, τῆς ἀναληθείας τῆς καταγνῆς, ὅλος εἰς αὐτὸν ἐξήρησε.

Ταύρω ὑπάρχῳ. τξε.

Τότε ὁ ὀρθὸς τ' δίκης ὄρος σὺζέται, ἀρχικῆς ἀρετῆς ἀψευδίστατον βασιτισμῆριον, ὅταν τῆ μὲν ἀπίσασθ' ἡ κρισις ἀκολυθῆσι, τῆ δὲ κρισις ὁ ἐλεγχος, τῶ δὲ ἐλέγχῳ ἡ ψηφος, ἢ παρὸς τ' ποιότητις ἢ ἀμαρτήματος τ' πμωλείας ἐλέγξασα.

Μαρτινιανῶ, Ζωσίμῳ, Μαρῶνι,
Εὐσταθίῳ. τξς.

Κινδυνεύετε, ὡς πτωχόνομι, πτωχόνομι φραγιδίας ἀπογνώσθ' τας ἀκούας ἐχέτω, ἢ ὡς ἀν' ἐκπαλαι καλοσιώσαντες εαυτῶν τῶν πμωλείας, παροξυμωσάτω παρὸς τῶν παρανομιῶν τὰ κέλλιθα. ἐγὼ δὲ εὐχόμεν ὑμᾶς ἀνεγκεῖν, ἐκ τῆς μανίας, ἔχ' ὅπι βλάβην ὑποτίσσομεν, μὴ ἀνεγκεῖν τὸν ὑμῶν, πλὴν εἰ μή τις λέγει πλὴν ἀθυμίας τ' παροξυμωσάτω μοι, ὅτι

μοι ἐκ τούτων. εἰς γὰρ τὸν τῶ μὲν
 λόγον ἔδεν ὡς ἐβλάθησόμεν. ἀλλ'
 ἐπειδὴ ποθεινότερα μοι ἔμην ἡ σωτη-
 εἶα, ἢ τῆς μὲν ἡ σπουδαίως. εἰ
 δὲ τις ἀπίστει, πόρρω μὲν πυχρῶν
 φιλικῆς ἕξεως ἀλώσεται, εἰ δὲ ελεγ-
 χόμην εἰς ἀκαχρωτίαν περὶ εἰρήνῃ, καὶ
 μὴδὲνα ἀνθρώπων τῶτο κερταρωκέναι
 φαίη, ἐλεγχθήσεται καὶ ὡς τῶ τῶ
 θεοφιλεῖς Μασσαίως, καὶ ὡς τῶ τῶ σο-
 φωτάτης Παύλου. ὅν ὁ μὲν ἐξαλειφ-
 θῆναι τῆς θείας βίβλου ἔβουλο, εἰ μὴ
 συγγνωσθῆναι Ἰσραήλ τοῖς πάντες πιστεύου-
 σιν, εἰ δὲ πάλιν φαίη. Ἐκείνοις οὐδὲ τοῖς
 ἀνδράσι ὡς ἐβλάθησόμεν. εἰ ποίμ
 ἂν ὅτι ἐν τοῖς ἄλλοις πλεονεκτήματα σὺν
 ἀπίστων χροῖο ἀνθρώπων ἐλαττωμένως.
 ἔφημι τῶ τοῖν μόνον τοῖν διού, τῶ τῶ
 μόνον ἐκθύμως ὡς εἰέχομαι, ἔβουλο
 πάντας τῶ γὰρ ἡμέτερον μέρος σαθρῶναι.

Ερμολόγει καὶ Λαμπετίῳ ἑπι-
 σκοπῶ. τζζ.

Ἐπειδὴ, ὡς γέγραφατε, δεινότη-
 τος ὡν Ἐυσεβίου ἑπιμύσομαι ἑτέροις,
 καὶ ἀπάσασθαι τὰ ψεύδη, καὶ μέμ-
 ψεις ἀπίστως συμπλάσσει, αὐτὸς μὲν
 παύσει μᾶλλον ἔνοχος ὅστιν οἱ ἀπά-
 ται. Ἐπεὶ δὲ ἡ μηχανὴ ταύτης λή-
 σθαι οἴεται, μανθάνω, ὅτι τὸ σφόν
 αὐτῶ, ἡλίθιον ἔσται, καὶ τῶ τῶ
 μάλιστα ἔλαττω, ὅτι μανθάνω μηχαν-
 ἰαμῶς, μᾶλλον ἀλίσσιεται.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. τζη.

Τὰ μεμλιωτά καὶ λύθηδντα ἡ σαφ-
 κὸς πᾶνη πηθασάειν καὶ ἐξημεροῦ καὶ
 παύσειν γὰρ. εἰ δὲ μὴ πείθοιντο, καὶ κο-
 λάσειν, ὡς δὲ γέγραφα. σὺ δὲ, ὡς φασι, τῶ
 λύσεις αὐτοῖς ἑσθλῶς, ἀγαθῶ, ὅποι δὲ ἀν-
 ἔκεινα βούλοιντο. βούλομαι δὲ εἰς ὄλε-
 θρον καὶ ἀπολλῆσαι τελευτᾶν. ἴν' οὐδὲ μὴ
 εἰς τὸν πηθῶντα τῶ κακῶν ἐξακοπι-
 ὄθης, φρόντισον αὐτὰ ἀνασφάσει.

quod ad præmij rationem attinet, nihil
 damni faciã.) verũm quod maiore salu-
 tis vestræ, quàm præmij consequendi cu-
 piditate tenear. Quod si quis mihi diffidit,
 is longè ab amicitia habitu remotus esse
 deprehenditur. Quod si, cum coarguitur,
 ad impudentiam se convertat, ac neminẽ
 mortaliũ hoc vnquam præstitisse cõtendat,
 à viro Deo charo Mose, atque à sapientif-
 simo Paulo refelletur. Ex quibus alter de
 diuino libro expungi optabat, nisi Iudæis
 ignosceretur: alter hac conditione anathe-
 ma esse cupiebat, vt Iudæi omnes ad vitam
 accederent. Quod si rursus dicat, Quid
 igitur? virisne illis te comparas? illud re-
 sponderẽ, quod cum in aliis omnibus vir-
 tutum prærogatiuis cunctis ferè homini-
 bus, nedum his duobus inferior sim, ac v-
 num tamẽ hoc arctè atque ardenti animo
 teneo, quod, quantum in me situm est,
 omnes salutem consequi cupiam.

Hermogeni & Lampetio Epi-
 scopis. 367.

Quandoquidem, vt à vobis scriptũ est,
 Eusebius, qui ad alios obiurgandos, &
 ad falsa crimina obiicienda, & confingen-
 das absurdas reprehensiones calidissimus
 ac vehementissimus est, ipse quidem ma-
 gis quàm quivis alius iis obnoxius est, que
 insectatur, verũm per hoc artificium id se
 affecturũ putat, vt vitia sua obscura sint:
 id velim discat, solertiam suam stultitiam
 ipsi fore. Atque hoc ipsum maximè nos
 haudquaquam fugit, quod dum id agit ac
 molitur, vt flagitia sua nos fugiant, magis
 deprehenditur atque irretitur.

Zosimo Presbytero. 368.

Furibundas & rabidas carnis affectio-
 nes cicurare ac mitigare & lenire oportet,
 quod si nõ obtemperent, etiam, quoad eius
 fieri potest coërcere. At tu, quemadmodũ
 fama fert, habenas ipsi remittens, quò illæ
 volunt duceras. volunt autẽ in perniciem
 & exitiũ desinere. Quamobrẽ ne in pro-
 fundũ malorũ præceps feraris, da operam
 vt eas tanquam iniecto fræno reprimas.

Aaa